



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Clara Et Praeclara Methodus Parandæ Eloquentiæ,
Secundùm Doctrinam & Præcepta Cypriani Soarii è
Societate Jesu, Ad Captum Et Praxim Faciliorem
Accommodata**

Worpitz, Georg

Coloniæ Agrippinæ, 1700

§. 4. De Peroratione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68908](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68908)

§. IV, *De Peroratione.*

Hæc est totius orationis conclusio. Fit aut enumeratione aut amplificatione. De amplificatione jam dictum est supra supplemento 1. Enumeratio est brevis repetitio eorum argumentorum quæ in confirmatione deducta sunt, cui tunc maximè dandus locus, quando longior fuit oratio. Et hic quidem cavendum, nè minuta repetantur, sed gravissima quæque, & in quibus momenti plurimum, ac totius causæ firmamentum fuit.

§. V. *Praxis totius Orationis Con-
ficienda.*

Suppositâ notitiâ præceptorum, quæ hæctenus de locis, argumentis, & argumentationibus, tropis, figuris, & amplificationibus sunt explicata, 1. ex omni rerum farragine, (materia enim Oratoris, sunt res universæ:) seligat aliquam, & de ea quæstionem instituat, v. g. an Rhetorica sit utilis, & jucunda? hanc bene expendat, simplex ne sit, an composita, verbis propriis, an translatis prolata. 2. dispiciat, quibus rationibus, seu argumentis partem affirmativam, vel negativam probet, quæ ut inveniantur, eundem est per locos Rhetoricos, qui sunt argumentorum sedes; ex iis deligat, quæ
va-